



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Ornatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

terdictus, vel suspensus exercet aliquē ordinem, vel actum particularem, & pertinentem ad suum ordinem. cap. 25. num. 93. & est irregularis. cap. 27. num. de patiente lepram, vel aliam infirmitatem præbentē, notabile scandalum vsui ordinis: vide tit. irregularitas. 3. §. 2.

O R N A T V S.

MV L I E R ornans se cum periculo spirituali proximi, peccat mort. si id facit per contemptum. Secus si desit contemptus. Præl. 9. num. 18. Et tunc erit contemptus, quando id facit absque vlla necessitate, vel vtilitate, credens tamen inde alium mort. peccaturum. cap. 14. num. 30.

Mulier ornans se sine contemptu salutis proximi, & sine intentione inducendi illum ad mort. non peccat mort. quamuis sciat se mortiferè adamandam ab aliquo populi, vel Ecclesie, quem ipsa non cognoscit: imò quamuis cognoscat, si credit, quòd ille peccat ex malitia, & prava consuetudine. quales sunt qui huiusmodi occasiones procurāt, & se iactant de illis. cap. 14. num. 31. lit. D. & Nou. num. 37.

Ornans se cultiùs quàm suo statui conueniat.

Q q s

niat.

niat, tantum peccat venialiter. cap. 14. num. 18.

Quæ vero se ornat splendide secundum decentiam sui status, non peccat. c. 22. num. 18.

Religiosa quæ se moderate ornat oblo- lam leuitatem ostendendi pulchritudinem, imò quamuis notabiliter excedat, solum peccat venialiter. cap. 23. num. 18.

Ornans se animo alliciendi alium ad concupiscentiam mortalem, peccat mortaliter.

Ornans se contra morem patriæ, venialiter peccat, nisi violet legem obligantem ad mortale. Idem de ea quæ se ornat splendidius quàm status requirit, nisi hoc esset in causa non soluendi debitum, vel non præbendi alimenta, quibus tenetur, etiam si eo id alius ad peccandum mortal. moueretur. num. 19.

Non peccat mortaliter femina ostentare pectora nuda, vt pulchrior videatur. Vt autem veste adeo tenui, vt pudenda inerteant, est mortale tam in viro quàm in femina. num. 19.

Non est de se mortale augere vel fingere pulchritudinem ornatu & fuce, sed veniale graue. Erit tamen mortale, quando fit in finem luxuriæ, vel alium mortalem. Non tamen erit neque veniale, si fiat ad occultandam aliquam deformitatem. Vt autem criminibus alienis, non est peccatum. num. 20.

Abfolu

Abfolui potest illa, de qua confessor nequit intelligere, vtrum peccarit mortaliter an venialiter, quamuis non possit ei persuadere quod à tali ornatu desistat: cautiùs tamen aget consulendo peritos. num. 25.

P A C T V M.

P A C T V M legis commissoriae positum in poenam, sine fraude vsurarum, licitum est idem si ponatur, vt elapso die perdendi pignus, esset venditum iusto pretio. cap. 17. num. 217.

P A P A.

P A P A quo puncto est iste electus, habet confirmationem à Deo immediatè, & habet eandem plenitudinè potestatis, quam post coronationem. cap. 27. num. 147.

Papa sumit immediatè iurisdictionem à Christo super vniuersos Christianos. cap. 27. num. 13. & 263. §. Præfatus.

Papa non habet iurisdictionem super se, neque super successorem suum: neque dat iurisdictionem suo confessario. addit. Nou. cap. 27. num. 263. §. 4.

Papa